Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectio Canonum Dionysio-Hadriana - Cod. Aug. perg. 103

[S.l.], [11. Jh.]

Ps. Gregorius I papa, Decretum

urn:nbn:de:bsz:31-1336

Visual Library

Dignitate firmant. Nunquid non ut cherubim monachi sex alis uelantur. due in capitio quod caput tegit demonstrant assertionib; Illud uero quod brachiis extendit. alas duas esse dicimus. Illud quo corpus conditur alas duas. Sic uero alarum numerus certissime conficitur. Decertantes quoque contra monachos in hac re sacerdotalis potentiae arcere officio percipimus. ut ab huiuscemodi nefandis ausibus in posterum reprimantur. quia quanto quisque excelsior tanto potentior. ex decreto beati gregorii pape. Episcopus debet missam celebrare in ordinatione presbiteri. et abbas in consecratione monachi. et iiii euangelia super caput eius dicere. ut sic per iiii euangelia doceatur. ita per iiii esse secretum. et ita usque in diem tercium uelatum habeat caput cum summo silentio. et debita deo reuerentia figuram gerens dominice passionis. die tercio tollat abbas capitium de capite eius ut deposita tristitia ueteris peccati reuelata facie gloriam domini speculetur. Secundo ergo baptizatus est et emundatur ab omnibus peccatis. Unde oportet eum maiorem sollicitudinem habere et pro peccatis hominum orare. et plus eorum peccata ualere soluere. quam presbiteri seculares quia hii secundum regulam apostolorum uiuunt. et eorum sequentes uestigia communem uitam ducunt. Ideo nobis uidetur. his qui sua pro deo relinquunt et a passione et morte eius sumunt exordia mutate conuersationis. dignius liceat baptizare. communionem dare. penitentiam imponere. peccata soluere. Tribus diebus sunt in silentio iuxta apostolos qui ob metum iudeorum in conclaui erant

Reſidebant· uſq; dū tercio die dn̄ſ reſurgenſ· Dicit illiſ· Pax uobiſ· ſic abbaſ pacē det monacho· et capitiū de capite eı̄ auferat· cenſemuſ ergo eoſ p̄dicare· baptizare· cōmunicare· penitenteſ ſoluere· iuxta conſtituta ·ccc·x· ·&·uiii· patrū

HOF·BIBLIOTHEK CARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg